Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

aut non in die festo ne forte tumultus fieret in plo
Cum autem iesus esset in bethania in domo symonis
leprosi: accessit ad eum mulier hnis al abastrum vnge
ti pretiosi: et effudit super caput ipius recumbentis
Videntes autem discipuli indignati sunt dicentes
Vt quid perditio hec Potuit enim istud venundari
multo: et dari pauperibus Sciens autem iesus ait ill'
Quid molesti estis huic mulieri Opus bonum
operata est in me Nam semper pauperes hetis nobiscum
me autem non semper hebitis Mittens enim hec vngen
tum hoc in corpus meum: ad sepeliendum me fecit.
Amen dico vobis: vbicumq; predicatum fuerit hoc euan
gelium in toto mundo dicetur: et quod hec fecit in
memoriam eius Tunc abiit vnus de duodecim qui
dicitur iudas scariothis ad principes sacerdotum: et
ait illis Quid vultis michi dare: et ego vobis eum
tradam At illi constituerunt ei triginta argenteos
Et exinde querebat opportunitatem: ut eum traderet
Prima autem die azymorum: accesserunt discipuli ad
iesum: dicentes Vbi vis paremus tibi comedere
pascha Ait iesus dixit Ite in ciuitatem ad quen
dam: et dicite ei Magister dicit Tempus meum
prope est: apud te facio pascha: cum discipulis meis
Et fecerunt discipuli sicut constituit illis iesus.
et paraverunt pascha Vespere autem facto: discum
bebat cum duodecim discipulis suis Et edentibus
illis dixit Amen dico vobis: quia unus ex vobis me
tradituros est Et contristati valde: ceperunt singu
li dicere Numquid ego sum domine At ille respondens
ait Qui intingit mecum manum in paraypside: hic
me tradet Filius quidem hominis vadit sicut